

tur inter alios sub spe divinæ gratiæ mentis nostræ oculos convertentes, cum tui Ordinis claritate reluceas, & credaris ubilibet per opera utilia, & exempla laudabilia fructuosus, & ex data tibi divinitus gratia scire te confidamus, & posse, & fructus uberes in domo Domini germinare, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales umbrarum tenebris obcæcatis, in commissa tibi provincia, per te ac alios fratres tui Ordinis, quos ad hoc honestate morum, experta scientia, probitatis virtutibus, circumspicione provida, & experientia comprobata idoneos esse cognoveris, & quorum industria atque doctrina divinis donis a Domino fecundata intrepide pro catholica fide reluceat, & sui claritate non titubet, sed tenebrosas mentes radorum repercussione clarificet, & obstinatas cervices teprimat perversorum, Judæos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter convocando, semel & pluries, ac toties repetitis instantiis, quoties proficere posse putaveris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Evangelicis doctrinis informans ipsos, studeas juxta datam tibi à Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis, ut renati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus CHRISTI, & exinde Chorus angelicus delectetur. Tu quoque ac alii, quos ad prosecutionem tanti negotii duxeris eligendos, perennis boni præmiium, nostramque benedictionem & gratiam vobis de bono in melius vendicetis.

Converti Prælati & alii consuevisti ut humanissime tractentur.

§. 3. Et ut affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater Ecclesia, percipiant per effectum, tu illos ex eis, quos ad susceptionem sacri baptismatis gratia divina perduxerit, Prælati ac Dominis locorum in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissime recommedes, ut Deo gratias in recuperata ove deperdita, & filio prodigo redeunte, vitulum exultationis & gaudii exhibentes, eos caritative foveant, favoribus muniant, benigne pertractent, nec ipsos in personis, aut rebus, per Judæos, vel alios indebite molestari permittant, quin potius in omnibus favorabiliter ipsis assistant auxiliis opportunitis.

Converti no- jentes Papæ quancientur.

§. 4. Sed si forte (quod absit) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia perdurantes, & velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant, ut de tenebris ad lucem exeant, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutares convocationes, aspernantes refugerent, de istis (si tales inveneris) qui sunt, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omit- tas, ut circa pertinaces hujusmodi, de salu- tari eorum remedio, sicut expedire videbi- mus, cogitemus. Ut autem de præmissis avi- dis nostris conceptibus, juxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prospere-

tur, & qualem fructum seminata repromittant. Datum Viterbii II. Nonas Aug. Pont. nostri Anno I.

Dat. die 4. Augusti 1278. An. I.

IV.

Excommunicationis, & aliarum poenarum promulgatio in Catharos, Patarenos, aliosque hæreticos, ipsorumque filios, complices, & fautores.

Decretas contra hereticos, complices, fautores &c. penas legere est in Lucio III. Constit. VIII. Tom. III. Par. I. pag. 9. In Innocentio III. Constit. XLIX. ibid. pag. 116. In Honorio III. Constit. XLVIII. ibid. pag. 217. In Innocentio IV. Constit. II. ibid. pag. 295.

Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei, universis Christi fidelibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.

NOverit universitas vestra, quod nos excommunicamus & anathematizamus universos hæreticos Catharos, Patarenos Pauperes de Lugduno, Passaginos, Josephinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas quia de vanitate conveniunt in idipsum. §. 1. Damnati vero per Ecclesiam seculari judicio relinquuntur, animadversione debita puniendi: Clericis prius à suis ordinibus degradatis.

Excommuni- catio hereti- corum.

§. 2. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agenda condignam poenitentiam, in perpetuo carcere deturbandi.

Ipsorum & aliorum penæ.

§. 3. Credentes autem eorum erroribus similiter hæreticos judicamus.

§. 4. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subjacere. Statuentes, ut, si postquam quilibet talium fuerit excommuni- catione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis.

§. 5. Nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos alios ad hujusmodi.

§. 6. Nec ad testimonium admittatur.

§. 7. Sit etiam intestabilis, nec testamen- ti habeat factionem.

§. 8. Nec ad hæreditatis successionem ac- cedat.

§. 9. Nullus præterea ipsi super quocum- que negotio, sed ipse aliis respondere cogatur.

§. 10. Quod si forte iudex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur.

§. 11. Si fuerit advocatus, ejus patroci- nium nullatenus admittatur.

§. 12. Si Tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur, & in simi- libus idem præcipimus observari.

§. 13. Si vero Clericus fuerit ab omni offi- cio & beneficio deponatur.

§. 14. Si qui autem tales postquam ab Ec- cle.

Dat. die 3. Martii 1280. An. III.

MARTINUS IV.

P A P A CLXXXIX.

ANN. DOM. MCCLXXXI.



SImon de Bria vulgo dictus a pa- tria Gallia Provincia, Pari- siorum agro vicina, Presbyter Cardi- nalis tit. S. Cæcilie electus est Vi- terbii in Romanum Pontificem die 22. Februarii anno 1281. & Martinus IV. appellatus. Consecra- tur & coronatur apud Urbem vete- rem die 23. Martii anni ejusdem. Se- dit in Pontificatu Annos IV. dies VI. (a) imperantibus in Oriente Michae- le Paleologo, in Occidente vero Ro- dulpho Rege Romanorum. Obiit Perusii die 29. Martii 1285. & se- pultus est ibidem. Vacavit Sedes dies IV.

Dat. die 3. Martii 1280. An. III.

Dat. apud Urbem Veterem, V. Non. Martii, Pont. nostri Anno III.

(a) A die consecrationis computandos.

I.

Martini Papæ IV. ad Præsules Catholicos de sua promotione in Summum Pontificem literæ encyclicæ.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei.

Ex Reynald. ad ann. 1281. §. 7.

Incomprehensibilia Dei Judicia, & investigabiles viæ ejus grandem nimirum superem considerantibus ingerunt; & causam profecto non levis admirationis inducunt. Quis enim in illorum consideratione non stupeat? Quis non stupendo miretur, & timeat illa judiciorum secreta caelestium, quorum ordinem non datur nosse mortalibus, aut in terra ponere rationem; quorum mysteria mens humana nec investigando comprehendere sufficit, nec considerando discutere, vel manifestare loquendo? Quis, inquam, absque supore ac terrore latentes quotidianorum eventuum prævisiones attendat? Quis intelligere valeat discretam lancem æquitatis, qua ille, in quo sibi misericordia, & veritas obviavit; qui Ecclesie, quam non solum misericorditer, sed mirabiliter suo sanguine pretioso fundavit, & in adeo solida firmitate petrae inviolabilis stabilivit, ut portis inferi, & mortis legibus prævaleret, suam in Sanctis Apostolis promissit omnipotentiam usque ad consumationem sæculi assistentem; ipsam humano judicio quodammodo derelinquens, eam tam frequentium vacationum, & aliquando etiam diffusarum, vexari permittit incommodis, & substituendi Pontificis expectatione languere? Quia ipse idem sapientissimus ponderator, qui sua ineffabili sapientia in statera rectissima merita singulorum appendit, unicuique secundum opera sua reddit, illius regimen, & si justa, nobis tamen ignota & miranda libratione dispensans, illud sic librâ inscrutabilis dispensationis alternat, ut is subtrahatur interdum, cui suppetebat in abundantia fortitudo virtutum; cujus vita subditis profutura sperari poterat, eo ipso longævior, ad dandam salutis scientiam plebi suæ: substituitur vero, qui se potest non indignè fateri & virtutum inopia debilem, & alias imparem ad Summi Pontificis sarcinam supportandam?

Divine providentiæ commendatio.

Imparem se Prædecessoris virtutibus fatetur.

Explicatam in Papam electionem.

ejusdem Ecclesie propensorem daturi operam, prout necessitas exigebat. Circa hoc autem pluribus tractatibus habitis, post aliquanti temporis moram, quam casus varii, & diversæ circumstantiæ induxerunt, demum in festo Cathedralis ipsius Apostolorum Principis iidem Fratres nostri per viam scrutiniî, ad electionem celebrandam electam, concorditer in nos, tunc tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyterum Cardinalem, unanimiter concordantes, ad Summi Apostolatus apicem, & ipsius Cathedralis nos elegere consensum.

§. 2. Quam nos, ut est, speculam existimantes, eo non immerito altitudinis grandioris, quo eidem insidens, constitutus super omnia speculator locatus altius, prospicere longius, cuncta speculari tenetur attentius, & totius orbis ambitum curæ suæ commissi non tam præsentia, quam providentiâ circuire, extirpare vitia, virtutes inserere, pro viribus Ecclesiarum obviare periculis, providere commodis, & salutis specialiter intendere animarum; status, eminentiam, & immensitatem imminentis oneris pensabamus; tanto ex hujusmodi vocatione redditu proinde magis attoniti, quanto ab altioris gradus appetitu fueramus ab olim fixo proposito alieni, arbitrati semper tutoris fore consilii, nobis altiora non querere, in Domo Domini humiliter habitando de propria salute, curare, quam periculose super universalem omnium curam erigi, & ad tanti fastigii solitudinem elevari. Hinc insufficientiæ nostræ consideratio contrahebat animum, & tanti assumptione laboris dexteram retrahebat; suadebat instantius, potius tantæ molis pondus effugere, quam eorumdem Fratrum instantiâ consentire. Verum, in contrarium conscientia suadente, non esse vocationi Domini, quam tanto verisimilior eorumdem Fratrum adeo una, nimis concordia prætendebat, quanto diutius ipsorum fuerant vota discordia, contumaciter resistendum; ne ipsa Dei Ecclesia eo prolixius viduitatis dispendiis gravaretur, quo alia spes erat incertior de ipsius provisione vicina; tandem variis allegatis excusationibus, nec admisis, sed abscedem Fratribus, in eo fervore voluntatis anxie, importunitatis que multimodæ ob auditis, ut manus ad exuendum nos Chlamydem, qua tegebamur, extenderint, nec ipsius structuræ pepercierint, sub spe unigeniti Dei filii, Domini nostri Jesu Christi humilitatis nostræ colla subiicimus jugo Apostolicæ servitutis, de sua pietate sperantes, quod ipse, qui juxta Evangelicam veritatem quinque panum, duorumque piscium paucitatem satiati discumbentis ad jussum ipsius immensæ multitudinis cum mira fragmentorum superabundantia coæquavit, nostræ imbecillitatis insufficientiam suam immensâ virtute quali, quali saltem sufficientiæ tanti oneris, & laboris æquabit.

Domus de se sentit.

Quomodo in vicis Pontificum accepti.

Præsulum preces implorat.

§. 3. Ad quod de sua misericordia obtinendum vestrarum orationum suffragia ferventi desiderio imploramus, universitatem vestram moventes & hortantes in Domino, vosque nihilominus rogantes instanter, quatenus preces humiles devotas & sedulas frequenter fundatis ad Dominum, ut ipse in ubertate clementiæ suæ prætractam nostram inopiam suppleat, debilitatem

tem fulciat, nobisque, quod est onerosum, leviget; quod laboriosum, alleviet; quod obscurum, sua claritatis luce revelet, & aspera convertat in plana; sicque vota nostra præveniendoclementer aspiret, & misericorditer adjuvando benignius prosequatur, quod zelus noster semper in ipsius beneplacitis ferveat, nec unquam in illorum executione torpescat. Vos quoque, quos de gregibus diligentia vestra commissis pastoralis officii cura sollicitat, ita diligenter illud studeatis implere, quod, cum discussio venerit, & exacti fueritis pro illis reddere rationem, non solum illam cum securitate reddatis; sed exigatis gratiam; & interim in vestris, Ecclesiarumque vestrarum negotiis, super quibus potestis ad nos cum securitate recurrere, Apostolicæ Sedis propitium mereamini sentire favorem &c.

Dat. die anno 1281. Pæc. I.

Ex Foddin-go N. E. Tom. 7. pag. 185.

Ex mendicantiis ad alios ordines transactum prohibet.

Datum apud Urbem veterem.

II.

Prohibitio ne Fratres Ordinum Mendicantium ad alios Ordines transcant.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei.

§. 1. Viam ambitiosæ cupiditatis Religiosis potissime mendicantibus præcludere cupientes ad alios ordines præsertim Monasticos (fucatis tamen coloribus asserentibus ob frugem mellioris vite, aut ætioris observantiæ) tam Sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis-umbrosæ, Canonicorum Regularium Sancti Augustini, vel aliorum Monasticorum ordinum, convolare nitentibus licentiam a Sede Apostolica seu legatis, aut Nuntiis ejusdem Sedis ad transferendum se de mendicantium ordinibus ad alios ordines, præsertim ea ratione (ut verisimile est, prout facti evidentia docet) ut liberius degant, dignitatesque, & beneficia monastica consequi valeant; & ex certis causis honestati non consonis obtinentibus. At volentes etiam conservationi Ordinum mendicantium providere: Auctoritate Apostolica ex certâ scientiâ, tenore præsentium declaramus, & etiam decernimus statuantes, quod de cætero nullus Religiosus Ordinum mendicantium quorumcumque, cujuscumque gradus, status, conditionis, vel religionis existat, quantumcumque, & qualitercumque possit, & debeat, virtute cujuscumque licentiæ, etiam indulti Apostolici, seu Pænitentiarîi nostri curam gerentis, vel alia quavis auctoritate hætenus, etiam per literas Apostolicas facultatum quorumvis tam Legatorum, vel Nuntiorum Sedis Apostolicæ, quam alia auctoritate, maxime de transferendis Fratribus, aut aliquibus præsertim Ordinum mendicantium professoribus, in genere vel in specie ab ordinibus hujusmodi Mendicantium sub quacumque verborum forma appareant admitti, vel recipi, per aliquos etiam Superiores Ordinis, seu Monasterii, aut loci Monastici, seu alias in Monachum, vel in Fratrem alicujus

Ordinem Carthusiensem excipit.

Receptiones jam factas aboler.

Receptos in suum ordinem regredi mandat.

Contumaces, Apostatas Declarat.

Obstantium derogatio.

Côtra conclusiones, & clausulas.

Datum die Julii anno Domini 1281. Pont. anno I.

ex Ordinibus Monasticis supradictis, vel aliis expressis (Ordine Carthusiensi dumtaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrent, & quam ex nunc prout ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia, & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et a nemine, nisi dumtaxat a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) excommunicati hujusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficacit vel momenti, Decernentes etiam, & volentes, quod si quis hætenus virtute cujusvis licentiæ, seu mandati hujusmodi fuisset receptus ad aliquem Monasticum ordinem, & habitum consuetum solum gestari per Monachos talis ordinis successisset, seu professionem emisisset (etiam si beneficia Ecclesiastica, seu Rectorias Ecclesiarum quarumvis obtineat) stare in ejus totali ordinatione, & hujusmodi ordine Monastico Altissimo deservire.

§. 2. Si quis autem prætextu hujusmodi licentiæ, vel sine habitu, vel cum habitu vagando incederet monitione prævia teneatur, & debeat intra terminum quindecim dierum a die monitionis hujusmodi computandorum ad ejus Religionem, vel Ordinem, unde cum licentiâ, vel sine licentiâ accesserat, remeare: quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius Apostata excommunicatus in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari etiam per invocationem auxilii brachii secularis quoties fuerit opportunum.

§. 3. In futuris autem nullus ex professoribus alicujus ex Ordinibus mendicantium hujusmodi in aliquem Monasticum ordinem (Carthusiensem dumtaxat excepto) possit, aut debeat per quemcumque recipi, aut admitti virtute alicujus licentiæ vel indulti absque hujusmodi licentiâ speciali, sub dictis pœnis; & nihilominus secus facta non teneant ipso jure hujusmodi licentiis, & indultis, nec non constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium Ordinum prædictorum, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis mentio habenda foret, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc prohibitionis nostre paginam infringere &c. Datum Sebennis, tertio Kalendas Augusti Pontificatus nostri anno primo.

Dam-

III.

Damatio & excommunicatio Michaelis Palæologi Græcorum Imperatoris ab Ecclesia Romana dissidentis.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

Excommunicatio Imperatoris.

§. 1. Michaelis Palæologum, qui Græcorum Imperator nominatur, tamquam eorundem Græcorum antiquorum schismaticorum, & in antiquo schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum, necnon & hæresis ipsorum, ac schismatis antiqui fautores, de fratrum nostrorum consilio denunciavimus præsentem fideliū multitudinem copiosa, excommunicationis sententiam latam à canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum.

Prohibitio ei quomodolibet favendi.

§. 2. Cæterum universis, & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris omnibus cujuscumque sint præminentie, conditionis aut status, necnon universitatibus civitatum, castrorum, & aliorum locorum, districtius inhibemus, ne cum eodem Michaelis Palæologo in hujusmodi excommunicatione manente, societatem vel confederationem aliquam contra here, sub quovis ingenio, vel machinatione præsumant, vel etiam ei alias in his, pro quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, præstare consilium, auxilium, vel favorem, publicum vel occultum.

Pœnarum promulgatio in contravenientes.

§. 3. Et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium facientes, non obstantes qualibet indulgentia, sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsi ab Apostolica Sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, volumus incurriere ipso facto. Terras autem ipsorum, necnon universitates prædictas, quæ secus attentare præsumperint, prout expedire viderimus, ecclesiastico subicere curabimus interdico: ad privationem omnium honorum, quæ a quibuslibet tenentur in Ecclesiis, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout utile putabimus, processuri: & nihilominus societates confederationes ipsas, etiam si pœnarum & juramenti adiectione, vel quacumque fuerint alia firmitate vallata, decernimus irritas, & inanes.

Iusto hæc sanctionem publicandi.

§. 4. Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentes eundem, in majori Urbevetanæ Ecclesiæ appendi, vel affigi ostiis, seu superliminaribus faciemus, qua processum ipsum quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ita quod idem Palæologus, & alii, contra quos processus ipse contigit, nullam possint postmodum excusationem prætere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile remane-

re quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Urbem Veterem, in platea dictæ majoris Ecclesiæ in festo Dedicacionis Basilicæ Principis Apostol. Pont. nostri Anno primo.

Dat. die 18. Nov. 1281. P. an. I.

IV.

Commissio Delegatis Apostolicis super inquisitione miraculorum Sancti Ludovici.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Rothomagen. & Antisiodoren. & Spoletan. Episcopis.

Ex Poadd. go ad anno 1281. §. 17.

Gregorius X. iussit examinari S. Ludovici miracula.

Intellecto dudum felicis recordationis Gregorius Papa prædecessor noster, quod omnipotens Dominus, qui facit mirabilia magna solus, grandia, & aperta miracula pro claræ memoriæ Ludovico Rege Franciæ faciebat, voluit præsupponens vitæ ipsius Ludovici sibi notam existere sanctitatem, ut de hujusmodi miraculis per cujusdam secretæ indagacionis modum, nos tunc in minori constituti officio, & legacionis fungentes officio in partibus Gallicis, nostrum informaremus animum sibi postmodum informationem hujusmodi transmissuri. Quare nos de prædictis miraculis indagantes, ac de ipsis plenius informati, præfatus Prædecessor noster super hoc informationem duximus destinandam, quæ ad ipsum cum morte fuisset præventus, non potuit pervenire. Succedente autem pia memoria Innocentio Papa prædecessore nostro Gregorio prælibato nos eidem Innocentio prædictam informationem curavimus intimare: Quo sicut Domino placuit rebus humanis exempto, hujusmodi processus negotii extitit retardatus: pia quoque memoriæ Joanni Papæ Prædecessori nostro informationem direximus supradictam, qui priusquam super hoc aliquid ordinaret, diem clausit extremum. Cumque postmodum felicis recordationis Nicolao Papæ Prædecessori nostro informationem misissemus eandem, & charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris ab ipso Nicolao Prædecessore solemnibus propter hoc ad eum Nuntiis destinatis cum instantia postulasset, ut faceret ad miraculorum, & meritorum ipsius Ludovici Regis publicam inquisitionem procedi: præfatus Nicolaus Prædecessor scire volens super hoc plenius veritatem nobis adhuc in partibus existentibus supradictis, per suas sub certa forma dedit litteras in mandatis, ut quidquid de præmissis, & circumstantiis eorundem, ac aliis, quæ pro jam dicto Ludovico Rege virtutum Dominus miraculose fuerat operatus, nos in plena contingeret percipere veritate, clare, & distincte per omnia ei seriosius scribere curaremus, ut relationibus nostris evidenter, ac seriose perceptis, lucidius appareat, quid in eis providendum existeret, ac in posterum respondendum. Unde nos hujusmodi receptis litteris diligenter processimus super iis, & quæ invenimus

Nicelaus III. comitit idem negotium legato Gallicano, qui creatus est Martinus IV.

V.

Deposito Petri Regis Aragonum ejusque subditorum a Juramento fidelitatis absolutio.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei Ad certitudinem præsentium & Memoriam futurorum.

Ex Regest. Vatic.

§. 1. DE insurgentis in Regno Siciliæ fremitu tempestatis, quam execranda Panormitana Rebellionis audacia inchoavit, & reliquorum Siculorum malitia Panormitanam imitata prosequitur, ad Sedem Apostolicam, in fausto rumore perlato: Nos post processum, in hac Urbevetana Civitate in festo Ascensionis Domini transacto novissime habitum ad compescendam tempestatem eandem, quia procellarum illius spiritus non cessabat, sed per insidias Petri Regis Aragonum, quem illo circa Reges solito non describi subscripta ejus demerita meruerunt, invalescere potius videbatur; ut ejusdem Regis, qui Regiæ dignitati non deferens, & generis sui claritati non parcens dictorum Rebellium se Ducem constituit & arigam, nequitia revelaretur apertius, & Ecclesiæ Romanæ Justitia contra eum evidenter appareret: Pridem in festo Dedicacionis Basilicæ Principis Apostolorum præterit, nuper in Platea Ecclesiæ Sancti Flaviani Montis Placonen. Balneoregion. Diocesis, præsentem tunc multitudinem numerosa fidelium duximus recensendum, qualiter felicis recordationis Innocentius Papa Quartus Prædecessor noster quondam Fridericum olim Romanorum Imperatorem, qui per suos excessus gravissimos, & culpas innumeras Imperio, & Regnis, omni que honore, ac dignitate reddiderat se indignum, in Lugdunensi Concilio ipso approbante Concilio propter suarum iniquitatum multitudinem detestandam adeo ne regnaret vel imperaret abjectum ostendit, & denunciavit omni honore ac Dignitate privatum a Domino, & nihilominus sententiando privavit, prout in ejusdem Prædecessoris sententia contra Fridericum promulgata præfatum noscitur plenius contineri: Qualiter etiam post ejusdem Friderici obitum quamquam Regnum Siciliæ ad dispositionem Ecclesiæ Romanæ, cujus Joris, & proprietatis existit, esset libere devolutum, dictusque Prædecessor se de illo publice in eodem prædixisset Concilio provisorum: Quondam Conradus prædicti Friderici filius, licet in eodem Regno ex ipsius sui Genitoris successione nullum penitus Jus haberet, cum sicut apparet liquido ex præmissis, nec ille mortis sue tempore habuisset, nec alias prædicto Conrado Jus competeret in eodem; Regnum ipsum præsumptione temeraria occupavit: Quodque ipso Conrado sublato de medio quondam Manfredus tunc Princeps Tarentinus, quem veit de copula damnata susceptum a Regni successione præfati non solum præmissa ejusdem Friderici privatio; sed etiam macula illegitima nativitatis arcebat, contra Juramentum fidelitatis ab ipso Prædecessori prædicto præstitum.

De Panormitana rebellione.

Innocent. IV. Fridericum Imp. Regno Siciliæ privavit.

Idem regnum a Conrado Friderici filio invasum.

Conrado mortuo occupatum a Manfredo.

mus, eidem Nicolao Prædecessori plenius, & apertius duximus intimanda. Qui hujusmodi processu nostro recepto, illum venerabili fratri G. Episcopo Sabinen. tunc XII. Apostolorum Præsbytero, & dilecto filio nostro I. Sancti Eustachii Diacono Cardinalibus discutiendum commisit, sed eodem Nicolao Prædecessore nostro natura debuit perolvere ulterius processum non extitit in negotio supradicto. Porro Venerabiles fratres nostri S. Carnoten., & G. Ambianen. Episcopi nuper ad nostram præsentiam accedentes ex Venerabilium Fratrum nostrorum Remen., Senonen., & Turonen. Archiepiscoporum, ac quamplurium suffraganeorum suorum, ac aliorum quorundam Regni Franciæ Prælatorum parte, nobis humiliter supplicarunt, ut præfatum Ludovicum Regem, quem prout eorundem Archiepiscoporum, suffraganeorum, ac Prælatorum missæ nobis litteræ continebant, jam inter celestis aulæ Principes collatum, pro ipso facta miracula profiterentur, Sanctorum ac scribi catalogo mandaremus. Nos autem etsi geramus specialiter cordi negotium, ac ejus votivum, & celebrem exitum propensius cupiamus; attendentes tamen, quod quanto solemnius, quantoque maturius, & sollicitius in hac parte proceditur, tanto id procul dubio ad ipsius Ludovici Regis accedet laudis cumulum potioris, ac de vestra multiplici probitate in multis, & arduis probata multotiens specialem in Domino fiduciam obtinentes Fratritati vestræ, per apostolica scripta mandamus, quatenus ad Monasterium Sancti Dionysii in Francia Parisiensis Diocesis, ubi ossa ejusdem Ludovici Regis acquirere dignoscuntur, & ubi Dominus pro ipso miracula specialius fuisse proponitur operatus, aut alium, seu alia loca, de quibus expedire putabitis, vos personaliter conferentes de jam dictis, & aliis quibuscumque etiam novis miraculis, ac vita, & conversatione ipsius Ludovici Regis secundum articulos, quos vobis sub Bulla nostra transmittimus interclusos cum omni diligentia, sollicitudine inquiratis, & quæ super iis inveniri contigerit, in scriptis redacta fideliter ad Sedem Apostolicam sub sigillis vestris inclusa quotocitius transmissuri. Si vero testes aliqui recipiendi super præmissis occurrerint, qui propter loci distantiam, & infirmitatis impedimentum vos commode adire nequiverint, vel vos accedere absque incommodo non poteritis ad eosdem, committendi discretis aliquibus in casu hujusmodi vices vestras præsentium vobis auctoritate concedimus potestatem. Per commissionem autem inquisitionis hujusmodi vobis factam nequaquam intendimus iis, quæ auctoritate prædictarum litterarum ipsius Nicolai Prædecessoris per nos super hujusmodi negotio acta sunt, in aliquo derogare, quinimo illa rata esse volumus, atque firma. Quod si non omnes his exequendis potueritis, vel volueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Episcopi Gallicani, postulant B. Ludovicum canonizari.

Committitur Delegatis Apostolicis nova inquisitio.

Dat. die 22. Decembris. anno Domini 1281. Pontif. anno I.

temere veniens sub quodam Conradino nati dicti Conradi, sui que Nepotis simulata protectione tutoria ad quædam Civitates, Castra, & alia ejusdem Regni loca manus occupatrices extendit: propter quod & alios etiam nefarios actus suos, & graves offensas pie memorie Alexander Papa Quartus Prædecessor noster ipsum ex causis variis Excommunicationis vinculo innodatum, Tarentino Principatu, honore Montis Sancti Angeli, omnibus Comitatus, terris, feudis, dignitatibus, & honoribus aliis, ac bonis & juribus, quæ in eodem Regno, & quæ alibi etiam ab Ecclesiis, & Personis Ecclesiasticis obtinebat, immo & Vicaria in quadam ipsius Regni parte sibi ab eadem sede concessa, omnibus etiam concessionibus, donationibus, largitionibus, confirmationibus, & privilegiis, sive ab eisdem Friderico Patre, vel Conrado fratre suis, sive a prædicta Sede in Regno sibi factis eodem, vel alibi etiam ab Ecclesiis quibuscumque, vel Personis Ecclesiasticis, tamquam Rebellem & hostem Romanæ Ecclesiæ, ac violatorem fidelitatis sibi præstite manifestum, suorumque Jurium in vasorem, occupatorem, & detentorem sacrilegum, & tamquam sociatum nefando fœdere Saracenis, eorum complicem, ductorem, & protectorem publicum apostolica auctoritate privavit.

§. 2. Cumque memoratus Manfredus nec his, aliisque remediis contra illius malitiam adhibitis sua iniquitate remissior, sed in committendo quotidie prioribus deteriora ferventior, postmodum fraudolenter præfati Nepotis sui morte confecta dictum Regnum proprio nomine occupans, & regium in illo titulum & nomen usurpans, se, ortus sui non erubescens primordia, in ejusdem Regni Regem, inungi & coronari fecisset; præfatus Prædecessor Alexander ejus fraudes & iniquitates abhominans, & detestans cassavit & irritavit, cassum, & irritum nunciavit quicquid circa dictum Manfredum per unionem vel potius execrationem & Coronationem, quas recipere de facto præsumpsit, quasque nullas esse constabat, extitit tam temerarie, tam dolose præsumptum: Eisdem vero Manfredo & demum Conradino, qui etatem præveniendi malitia ab eorumdem Prædecessorum suorum iniquis semitis non declinans, sed ad eadem Imperium & Regnum aspirans, præfatum Ecclesiæ, & Charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ Regem Illustrem insidiis multis impetivit, & multipliciter apertis conatibus infestavit: propter quod contra ipsum suosque fautores per recolendam memorie Clementem Papam Prædecessorem nostrum varii habitus processus, sua sorte successis, nobis, & Ecclesiæ, Regi, Regnoque prædictis pacis & quietis serenitas arderet in subitas tempestates acta est æstiva tranquillitas, Bellum in media pace surrexit, facti sunt hostes ex subditis, & qui memorato Regi Siciliæ ad fidelitatis debitum tenebantur, rebellionis spiritum infideliter affluentes non solum hostilia sed & tyrannica patraverunt: sicut enim, gravis clamabat & adhuc clamatur infamia, processit adeo Panormitanæ Civitatis, & Civium præsumptuosa Rebello quod rebellandi

Ab Alexandro IV. excommunicatus.

Et a Clemente excommunicatus, regnoque privatus Conradinus.

Sicilorum rebellionem, & scelera patrata decessit Martinus.

audacia & Jurium intervensione Regalium, sui que, quantum in eis fuit, objectione Domini non contenta ferina immanitatis dextera ad crudelitates inauditas exposuit, dum eorum exitialis iniquitas non solum quos ex devotis Regis ipsius concepta potuit præoccupare nequitia, sine sexu etatisque defectu inhumane, cecidit, verum etiam partus, quos adhuc viscerum portionem claustra materna celabant, illis seve defectis sic præcipiti destinatione produxit in lucem, quod eis nimis proculdubio in naturaliter lucis usum antequam concederet natura subtraxit eis, adeo præmatura & impiissima eade cæsis quod eorum ortus principia prævenit occasus.

§. 3. Quia vero sicut ex tunc plurimorum habebat assertio & evidenter exitus jam probavit, hæc in nostram & ipsius Ecclesiæ turbationem & dispendium tentabantur, & ad hoc plurimum intentio laborabat & studium ut fornacis quasi recentis extinctæ, Nos Ecclesiæ & Rex prædicti renovata eo graviora sentiremus incendia, quo solent nocere gravius pericula recidiva; Nos tantorum malorum obdare principis cupientes, ne illis invalentes sero parare contingeret medicinam, in dicto festo Ascensionis Domini præfate fidelium multitudine copiosa de fratrum nostrorum consilio Universos & singulos cujuscumque præminentie, conditionis, aut status attente monuimus, districte præcipientes eisdem, ne in præfato Regno vel ejus parte Nos & eandem Ecclesiam aut præfatum Regem Siciliæ, qui dictum Regnum ab Ecclesiâ ipsâ tenet per se, vel per alium molestant, impedire, vel etiam perturbare præsumerent occupando invadendo, seu occupari seu invadi faciendum Regnum ipsum, vel aliquam ejus partem.

§. 4. Præcipimus insuper universis, & singulis Christianis fidelibus, & specialiter Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus, Communitatibus, & Universitatibus Castrorum, Villarum, & quorumcumque locorum Italiae maxime ipsius Ecclesiæ Romanæ temporali Jurisdictioni subiectis, ne hujusmodi molestatoribus, impetitoribus, perturbatoribus, occupatoribus, vel in vasoribus, aut occupari, vel invadi facientibus Regnum ipsum, vel aliquam partem ejus in præmissis intenderent, & ne cum armis, vel sine armis ad turbandum in eodem Regno pacem prædictorum Ecclesiæ & Regi Siciliæ præstarent illis consilium, auxilium, vel favorem publicè, vel occultè neve super hoc societatem, conjurationem, aut fœdus inirent aliquid cum eisdem. Si quis autem contra nostram monitionem & præcepta præmissa per se, vel per alium quibuscumque dolo fraude vel machinatione facerent, cujuscumque forent præminentie, Dignitatis, conditionis, aut status, excommunicationis sententia, quam ex tunc in eos protulimus ipso facto se noscerent innodatos. Civitates quoque ac Communitates quaslibet, quæ contra monitionem & præcepta eadem quocumque dolo, ingenio, arte, vel machinatione venire præsumerent, interdici Ecclesiastici sententia, quam ex tunc in illos promulgavimus, volumus subjacere.

§. 5. Ad hæc prædiximus Patriarchis, Archiepiscopis,

Quid ad reprimendos rebelles egerit.

Ut Siciliæ Regem partem bello veterit.

An aliqui illius hostibus impendi auxilia.

Pene contra inobedientes.

bis occupantes multæ commotionis causam inducerent: Nos tamen propterea non desistentes a captis Venerabile fratre nostro Guidone Episcopo Sabinen. ad partes illas cum plenæ legationis officio tamquam pacis Angelo destinato bona in illis, & pro illis quævisimus partibus, nec venerunt: expectavimus pacem, & turbis tempestas gravioris apparuit, machinatis ab olim prout communis quasi tenebat opinio, & subsequorum consideratio satis indicabat, & indicat evidenter dolis, & insidiis revelatis. Si quidem Petrus Rex Aragonum de procedendo adversus Africam quæstio colore Siciliæ Insulam, Terram utique peculiarem ipsius Ecclesiæ Militum, & Peditum caterva stipatus invadens & occupans, ac in illa ejusdem Ecclesiæ pacem turbans, gravem seditionem excitans contra eam, graviterque Populum concilians in illam temeritatis prorupit audaciam, quod cum Civitatibus aliisque locis, Universitatibus, Civibus, & Incolis ejusdem Insulæ, quibus ratione uxoris filie scilicet Manfredi prædicti natorumque suorum se teneri prætendit confederationibus, pactis, & conventionibus, sicut ex tunc ferebatur, quin potius conspirationibus, & scelestis factionibus initis in Regno prædicto nomen jam usurpabat regium & usurpar, se Regem Siciliæ nominans, & gerere pro Siciliæ Rege præsumens in majoris præsumptionis argumentum, Regi Carolo supra dicto in suis literis Regni Siciliæ titulum subtrahendo, sicque non solum Panormitanos eosdem, quos alias pluries ad hæc sollicitasse per Nuncios dicebatur, in inchoatæ contra præfatum Regem Carolum seditionis, & rebellionis contumacia obfirmavit, eos per se agentem suam fovens ipsique favens in illa; sed tam ipsos quam ceteros Insulæ prælibatæ rebelles adeo contra jam dictam Ecclesiam eorum specialem Matrem, & Dominam concitavit, quod nonnulli ex eis & specialiter Messanenses, qui ante ipsius in Insula prænomina præsentiam dicti Legati Nuncios devoti ac humiliter admittebant, dominium præfate recognoscences Ecclesiæ, nomenque publice invocantes, illos postmodum contumaciter admittente recusarint, baculo arundineo eidem scilicet Regi Aragonum prætextu eorumdem Vxoribus, & filiorum ut ferris periculosius innitentes. Quos tamen Vxorem, & filios sive Regem per eos seu ratione ipsorum in eadem Insula, vel aliqua dicti Regni Siciliæ parte Jus aliquod non habere apertius præmissa declarant, & Nos nihilominus decernendum duximus, & etiam declarandum. In quæ autem crimina falsæ Regiæ Dignitatis immo & simplicis Magistratus assumptio, seditio, violentiaque cum armis commissio incidant, quibus addicendi sint panis talium Patratorum, nec fuit nec est opus exprimere, quia id nota & vetustissima decreta sanxerunt.

§. 6. Et licet Panormitanæ Civitatis, & Civium prædictorum, ac nonnullorum Castrorum illarum partium, quæ contra eundem Regem Siciliæ rebellicant, culpa gravis acerbiorum processum exigeret: Nos tamen desiderantes quod Civitates, Cives, & loca prædicta mansuetudo corripere, & a tanti erroris invio revocaret, erga eos non rigorem, sed mansuetudinem prosequentes universitatibus eorumdem Civitatis, Castrorum, aliorumque locorum districte præcepimus, ut sub modo cujuslibet difficultatis, & dilationis obstaculo ad nostram, & Ecclesiæ ac Regis prædictorum mandata redirent: Quodque præfatos Molestatores, turbatores, occupatores, Invasores aut dantes eis in hoc auxilium, consilium, vel favorem in dictis Civitate, Castris, Villis, seu Districtibus eorumdem nullatenus recipere vel recipere attentarent nec ipsorum, aut alicujus eorum Dominio vel regimini se quovis modo submitterent, neve ipsi vel eorum alicui contra Ecclesiam, vel Regem præfatos impenderent in prædictis auxilium, consilium, vel favorem publicum, vel occultum, & nihilominus confederationes seu obligationes quaslibet, si quæ inter universitates eandem, vel inter ipsas, & quocumque alios initas factas super occupatione ac invasione prædictis, & Juramenta de illis servandis vel alias pro eis hinc inde præstita penitus relaxantes; Universitatibus ipsis aperte prædiximus, quod nisi præmissa celeriter adimplerent, contra eandem Civitates, & Villas earum spiritualiter, & temporaliter sic procedere auctore Domino curarem, quod pena docente suæ temeritatis, & superbie recognoscerent qualitate.

§. 7. Ceterum licet dum his & aliis modis & viis filiorum salutem paternam venabatur affectio, reliquarum Civitatum, Castrorum, Villarum ceterorumque locorum, Civium, & Incolarum Siciliæ, in nostram notitiam perlata rebellio, & præcipue Messanen. qui Panormitanorum ipsorum imitati sevitiam quamplures ex Ministris, & devotis ejusdem Regis Siciliæ post securitatem illis præstam crudeliter trucidasse dicuntur, Castrum Regium loci ejusdem temerariis ausibus Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

bus occupantes multæ commotionis causam inducerent: Nos tamen propterea non desistentes a captis Venerabile fratre nostro Guidone Episcopo Sabinen. ad partes illas cum plenæ legationis officio tamquam pacis Angelo destinato bona in illis, & pro illis quævisimus partibus, nec venerunt: expectavimus pacem, & turbis tempestas gravioris apparuit, machinatis ab olim prout communis quasi tenebat opinio, & subsequorum consideratio satis indicabat, & indicat evidenter dolis, & insidiis revelatis. Si quidem Petrus Rex Aragonum de procedendo adversus Africam quæstio colore Siciliæ Insulam, Terram utique peculiarem ipsius Ecclesiæ Militum, & Peditum caterva stipatus invadens & occupans, ac in illa ejusdem Ecclesiæ pacem turbans, gravem seditionem excitans contra eam, graviterque Populum concilians in illam temeritatis prorupit audaciam, quod cum Civitatibus aliisque locis, Universitatibus, Civibus, & Incolis ejusdem Insulæ, quibus ratione uxoris filie scilicet Manfredi prædicti natorumque suorum se teneri prætendit confederationibus, pactis, & conventionibus, sicut ex tunc ferebatur, quin potius conspirationibus, & scelestis factionibus initis in Regno prædicto nomen jam usurpabat regium & usurpar, se Regem Siciliæ nominans, & gerere pro Siciliæ Rege præsumens in majoris præsumptionis argumentum, Regi Carolo supra dicto in suis literis Regni Siciliæ titulum subtrahendo, sicque non solum Panormitanos eosdem, quos alias pluries ad hæc sollicitasse per Nuncios dicebatur, in inchoatæ contra præfatum Regem Carolum seditionis, & rebellionis contumacia obfirmavit, eos per se agentem suam fovens ipsique favens in illa; sed tam ipsos quam ceteros Insulæ prælibatæ rebelles adeo contra jam dictam Ecclesiam eorum specialem Matrem, & Dominam concitavit, quod nonnulli ex eis & specialiter Messanenses, qui ante ipsius in Insula prænomina præsentiam dicti Legati Nuncios devoti ac humiliter admittebant, dominium præfate recognoscences Ecclesiæ, nomenque publice invocantes, illos postmodum contumaciter admittente recusarint, baculo arundineo eidem scilicet Regi Aragonum prætextu eorumdem Vxoribus, & filiorum ut ferris periculosius innitentes. Quos tamen Vxorem, & filios sive Regem per eos seu ratione ipsorum in eadem Insula, vel aliqua dicti Regni Siciliæ parte Jus aliquod non habere apertius præmissa declarant, & Nos nihilominus decernendum duximus, & etiam declarandum. In quæ autem crimina falsæ Regiæ Dignitatis immo & simplicis Magistratus assumptio, seditio, violentiaque cum armis commissio incidant, quibus addicendi sint panis talium Patratorum, nec fuit nec est opus exprimere, quia id nota & vetustissima decreta sanxerunt.

§. 8. Et quia memorati Aragonum Regis excessibus non leve pondus adiecit ipsius & Regni sui explicite descripta conditio, seriose duximus explicandum qualiter de Archivio ipsius Ecclesiæ prodeuntia monimenta manifeste testantur, quod pie memorie Innocentius Papa Quartus Prædecessor noster quondam Petrum Regem Aragonum ejusdem Petri Aragoniæ Regis Avum Arelatensi Archiepiscopo, qui tunc erat & aliis Personis

De missio Legato Apollonico.

De Petro Rege Aragonum, jussuque per eum S. Apostolica in Sicilia jure.

Auges facinus Ecclesiæ induriam eum excitavit.